



# CLARISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO

DIEGO HVRTADO MENDOZZÆ CÆSARIS

ORATOREM APVD VENETOS AGENTI

IOANNES BERNARDVS

FELICIANVS .S.



**N** S omnibus Mēdozza clarissime, quæ rationis particeps homo humano generi utiliter excogita-  
uit, nihil mihi uel præstantius uel admirabilius uideri solet, quod artes ac disciplinas inuenit, quibus  
ip̄a excelleretur. Si enim ea rudis & inculta permansisset, nõ solum frustra. sed etiam quod longe  
ius est, in perniciem indita à natura nobis fuisse uideretur: quippe quæ procul à recto transuersam homi-

deret. Nam cū in creandis hoīe nõ secus atq; in alijs rebus ab imperfectis & incobatis ad perfectã & absolutã progredatur natura, sicut homo, & in utero prius plantæ q̄ animalis, & prius animalis q̄ hominis uita fungatur: & ubi in lucem editus est, cum in rationem ratio in eo uim illam acceperit, esse propemodum rationis expertus animal uideri possit. ut cum uis hæc irrationis in ip̄o iadū antequam sit, sopite atq; obruta iaceat ratio, appetitusq; brutus adeo inualescat, ut nisi cura adhibita sit, non se à ratione ducatur, sed rationem ip̄se quocūq; incitatus fuerit, secum trahat: atq; ita merito peruersæ rationis & in modo immoderatis finis affectibus homo euadat, & in contemplantando uel rationem semper depravatam sequatur, uel eorum unum tandem fiat. Vbi enim ratio se præditum esse agnoscens rationem ueram esse eam existimari, quam sine ratione agnoscendarum arte sibi certam esse proposuerit, eaq; esse postmodū falsam re ipsa deprehenderit, atq; alteri temere asserit, quam postea rursus falsam esse cognouerit, atq; ita sepius fecerit, in eam confusionem incidit, ut in *Plato*, efficiatur: tantq; cum tamē sit rationalis, rationes odio p̄sequatur, ut neq; ulli rationi acquiescere amplius uel q; ullam profus rationem uel in hanc uel in illam partem esse ueram opinetur. atq; ita cum & se & ab alijs facile posse, hac illac sine ulla consilij stabilitate more brutarum animantium, quæ etiam euripi instar feratur, & dum nihil se posse existimat, in assiduis tenebris uersetur. sed qui philosophiam inueniunt, qui diuini sanè uiri fuisse censendi sunt, enim sine Dei auxilio tam præclaram rem, atq; uilem hominum generi excogitare potuissent: primum eam artem nobis adiderunt, quæ hominem quo tempore in eo præcipue ratione carentis animalis facultates uigent, freno legum & morum melleo cohiberet, atq; ita institueret, ut paulatim sopitis ac sedatis affectuum perturbationibus, ratio emicare, atq; obtinere principatum suum possēt. Deinde ubi ratio in affectus iam præualuisset, differendi facultatem adhibuerunt, qua exercitati homines id quod dicuntur, etiam re ipsa efficiuntur, hoc est rationales euaderent, uerūq; à falso distinguere optime nosset. Nam utilitatem quam dialectica uite hominibus affert, non tam inde considerandam putarim, quod contemplantando inueniende ueritatibus in disputationibus, conuincendorūq; eorum qui cauillari acute uoluerint, modum tradit, q̄ quod nos ipsos dignoscendiarum rationum ex quibus omnia totius uite nostræ momenta dependent, quasi formula quadam nobis proposita ita præparat ac munit, ut cum rationales simus à ratione nõ abhorreamus: neq; cum erremus, opiniones nostras defendere pertinaciter & imperite uelinus, sed ueritati, & rationi contradicere omnino erubescamus: & non in rationibus nihil esse sani nobis persuadeamus, sed nos nondum esse sanos agnoscamus. Proinde nõ immerito eam Plato partim esse disciplinarum omnium salutariam ac finem, partim ante trigessimum annum non esse attingendam censuit: hoc sanè ut non tam etatis tempus præfina-ret, q̄ ut mihi quidem uidetur, perturbationibus obnoxios, & ludicros mores arcendos à tam præclara scientia significaret: que cum scopum eum habeat, ut rationes nos ueras edoceat, sedatum animum requirit, in quo ratio ab affectuum tumultibus libera, quid sit ratio, intelligere, atq; agnoscere cognatas sibi rationes queat: illud uero, quia ipsa demū ea est, que ab umbris & subteranei specus tenebris, ut ip̄se inquit, ad simulacra corporum & lucem nos conuertat, ab errorēq; & confusione ad ueritatis expeditionē traducat. Vt gloriantum homini minime mihi esse uideatur quod à natura rationem fuerit adeptus,